



PRAXIS.

Els romans declaren la guerra als tarentins i aquests demanen ajut a Pirrus. (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae* 2, 11, 1)

Eodem tempore Tarentinis, qui iam in ultima Italia¹ sunt, bellum indictum est, quia legatis Romanorum iniuriam fecerant. Hi Pyrrhum, qui ex genere Achillis originem trahebat², contra Romanos in auxilium poposcerunt³. Is mox ad Italiam uenit, tumque primum⁴ Romani cum transmarino hoste dimicauerunt.

1. in ultima Italia: «a la part més allunyada d'Itàlia».
2. trahere originem: «descendir de».

3. Pyrrhum (...) in auxilium poposcerunt: «varen demanar ajut a Pirrus».
4. primum: adverbí, «per primera vegada».

Labiè, lloctinent de Cèsar, arriba a la ciutat de Lutècia; els enemics reuneixen les seves tropes. (Cèsar, *De bello Gallico* 7, 57)

Dum haec apud Caesarem geruntur, Labienus¹ Lutetiam² proficiscitur. Id est oppidum Parisiorum³, quod positum est in insula fluminis Sequanae. Huius aduentu ab hostibus cognito, magnae copiae ex finitimis ciuitatibus conuenerunt. Summa imperii⁴ traditur Camulogeno⁵ Aulercu⁶, qui propter singularem scientiam rei militaris ad eum honorem euocatus est.

1. Labienus, -i: Labiè.
2. Lutetia, -ae (f): Lutècia (ciutat gal·la, avui París).
3. Parisii, -orum (m): els parisís (tribu de la Gàl·lia).

4. Summa imperii: "el comandament suprem".
5. Camulogenus, -i: Camulogen (cabdill aulerc).
6. Aulercus, -a, -um: aulerc (habitant d'un poble gal).

Escipió és enviat a Àfrica i s'enfronta a Hannó, cabdill cartaginès. (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae* 3, 20)

Anno quarto decimo posteaquam in Italiam Hannibal uenerat, Scipio, qui multa bene in Hispania egerat, consul est factus et in Africam missus est. Is in Africa contra Hannonem¹, ducem Afrorum, pugnat; exercitum eius interficit. Secundo proelio castra capit cum quattuor milibus et quingentis militibus, undecim milia hominum occidit.

1. Hanno, -onis (m): Hannó (general africà).

Els dos cònsols romans arriben a Àfrica i s'enfronten als africans en una batalla naval. (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae* 2, 22)

M. Aemilio Paulo¹ et Ser.² Fuluius Nobiliore³ consulibus, ambo Romani consules ad Africam profecti sunt cum trecentarum nauium classe. Primum Afros nauali certamine superant. Aemilius¹ consul centum et quattuor naues hostium demersit, triginta cum pugnatoribus cepit, quindecim milia hostium aut occidit aut cepit, milites suos ingenti praeda ditauit.

1. M. = Marco (Marcus, -i): Marc (Marc Emili Paulus).
2. Ser. = Seruius (Seruius, -ii).

3. Nobilior, -oris: Nobilior (Servi Fulvi Nobilior).

Afrani i Petreu fustiguen les tropes de Cèsar. Ell segueix preparant les fortificacions i operacions al voltant de Lleida. (Cèsar, *De bello civili* 1, 42-43)

Afranius¹ Petreiusque² copias suas ad ipsas montis radices producant et proelio lacescant. Postea, illi copias in castra reducunt. Tertio die Caesar uallo castra communit; reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimenta ad se traduci iubet. Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem planities circiter passuum trecentorum.

1. Afranius, -ii (m): Afrani (general de Pompeu).

2. Petreius, -ii (m): Petreu (lloctinent de Pompeu).

**Els helvecis envien missatgers a Cèsar en so de pau.** (Cèsar, *De bello Gallico*, I, 27)

Heluetii¹, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt. Illi, cum eum in itinere conuenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petuissent, atque eos in eo loco suum aduentum expectare iussisset, paruerunt².

- | | |
|---|---|
| 1. Heluetius, -a, -um: helveci (habitant d'un poble gal). | 2. paruerunt: de pareo, parui, paritum. |
|---|---|

Després del discurs de Diviciac, els sèquans demanen ajut a Cèsar i aquest observa el seu comportament. (Cèsar, *De bello Gallico*, I, 32)

Hac oratione ab Diuiciaco¹ habita, omnes qui aderant magno fleitu auxilium a Caesare petere coeperunt. Animaduertit Caesar unos ex omnibus Sequanos² nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri.

- | |
|---|
| 1. Diuiciacus, -i (m): Diviciac (rei dels edus, amic de Cèsar). |
| 2. Sequani, -orum (m): els sèquans (poble gal). |

Vercingetòrix es dirigeix a la ciutat d'Alèsia. Cèsar el segueix i l'ataca. (Cèsar, *De bello Gallico*, 7, 68)

Fugato omni equitatu, Vercingetorix¹ copias reduxit² protinusque Alesiam³ iter facere coepit. Caesar, impedimentis in proximum collem deductis, duabus⁴ legionibus praesidio⁵ relictis, hostes secutus est. Circiter tribus⁶ milibus hostium ex nouissimo agmine interfectis, altero die ad Alesiam³ castra fecit.

- | | |
|---|--|
| 1. Vercingetorix, -igis (m): Vercingetòrix (cabdill gal). | 5. praesidio: «com a protecció», «per protegir-los» (anàlisi: datiu de finalitat). |
| 2. reducere: «replegar». | 6. tribus: vegeu tres, tria. |
| 3. Alesia, -ae (f): Alèsia (ciutat gal·la). | |
| 4. duabus: vegeu duo, -ae, -o. | |

Escipió s'enfronta a Anníbal i celebra, després, el triomf a Roma. (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae* 3, 23)

Scipio uictor recedit, paene ipso Hannibale capto, qui primum cum multis equitibus, deinde cum uiginti, postremo cum quattuor euasit. Post id certamen pax cum Carthaginiensibus facta est. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphauit atque Africanus ex eo appellari coepit. Eo anno finem accepit¹ secundum Punicum bellum.

- | |
|--|
| 1. finem accipere: traducció «acabar». |
|--|

Els cònsols Marc Curi Dentat i Corneli Lèntul són enviats contra Pirrus, rei de l'Epir. (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae* 2, 14)

Consules deinde M. Curius Dentatus¹ et Cornelius Lentulus² aduersum Pyrrum³ missi sunt. Curius¹ contra eum pugnavit, exercitum eius cecidit⁴, ipsum⁵ Tarentum fugauit, castra cepit. Curius¹ in consulatu triumphauit. Primus Romam elephantos quattuor duxit. Pyrrus³ etiam a Tarento mox recessit et apud Argos, Graeciae ciuitatem, occisus est.

- | | |
|--|---------------------------------|
| 1. M. Curius Dentatus, -i (m): Marc Curi Dentat. | 4. cecidit: vegeu caedo. |
| 2. Cornelius Lentulus, -i (m): Corneli Lèntul. | 5. ipsum: es refereix a Pirrus. |
| 3. Pyrrus, -i (m): Pirrus (rei de l'Epir). | |



Anníbal es dirigeix a Roma i després a Càpua. Quint Fabi Màxim li fa front. (Nepot, Hannibal, 5)

Hac pugna pugnata, Romam profectus est. In propinquis montibus moratus est. Cum ibi aliquot dies castra habuisset et Capuam¹ reuerteretur, Q. Fabius Maximus², dictator Romanus, in agro Falerno ei se obiecit³. Hic⁴ noctu sine ullo detrimento exercitus⁵ se expediuit⁶; Fabioque², callidissimo imperatori, dedit uerba⁷.

- | | |
|--|---|
| 1. Capua, -ae (f): Càpua (ciutat romana). | 5. exercitus: complement de detrimento. |
| 2. Q. Fabius Maximus, -i (m): Quint Fabi Màxim. | 6. se expedire: «escapar». |
| 3. se obicere: «enfrentar-se, «fer front» (a algú, amb datiu). | 7. dare uerba: «enganyar». |
| 4. Hic: es refereix a Anníbal. | |

Les primeres actuacions de Ròmul després d'haver fundat Roma. (Eutropi, Breuiarium Historiae Romanae 1, 2)

Condita ciuitate, quam ex nomine suo Romam uocauit, haec egit: multitudinem finitimorum in ciuitatem recepit, centum ex senioribus legit, quos senatores nominauit propter senectutem. Tum, cum ipse et populus suus uxores non haberent, inuitauit ad spectaculum ludorum uicinas urbi Romae nationes atque earum uirgines rapuit.

Atac de la cavalleria per ordre de Curió. (Cèsar, De bello ciuili 2, 26-31)

Nouitate rei Curio¹ permotus praemittit equites, qui primum impetum sustineant ac morentur; ipse, celeriter ab opere deductis legionibus, aciem instruit. Equites committunt proelium et, priusquam plane legiones explicari et consistere possent, tota auxilia regis impedita ac perturbata, quod nullo ordine iter fecerant, in fugam coiciunt.

- | |
|---|
| 1. Curio, -onis (m): Curió (tribú de la plebs, associat a Cèsar). |
|---|

Les visites de Gel·li a la vil·la d'Herodes Àtic durant l'estiu. (Aulus Gel·li, Noctes Atticae, 1, 2, 1-2)

Herodes Atticus¹, uir consulari honore praeditus, arcessebat saepe, cum nos apud magistros Athenis essemus, in uillas ei urbi proximas² me et clarissimum uirum Seruilianum³. Atque ibi tunc, cum essemus apud eum in uilla, propulsabamus incommoda caloris lucorum⁴ umbra ingentium, longis et mollibus ambulacris⁵.

- | | |
|---|---------------------------------|
| 1. Herodes (gen. -is) Atticus (gen -i): Herodes Àtic. | 4. Lucus, -i (m): bosc. |
| 2. Proximus, -a, -um: es complementa amb datiu. | 5. Ambulacrum, -i (n): passeig. |
| 3. Seruilianus, -i (m): Servilià. | |

Api Claudi mantingué, en la vellesa, l'ànim i l'autoritat. (Ciceró, De senectute, 37)

Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius¹ regebat et caecus et senex; intentum enim animum habebat nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant serui, uerebantur liberi, eum omnes carum habebant²; uigebant in illa domo mos patrius et disciplina.

- | | |
|-------------------------|---|
| 1. Appius, -i (m): Api. | 2. Carum habere: traducció «estimar, apreciar». |
|-------------------------|---|

Els nervis ataquen les legions romanes. (Cèsar, De Bello Gallico, II, 23)

At totis fere a fronte et ab sinistra parte nudatis castris, cum in dextro cornu legio duodecima et septima constitisset, omnes Neruii confertissimo agmine duce Boduognato¹, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt; quorum pars aperto latere legiones circumuenire, pars summum castrorum locum petere coepit.



1. Boduognatus, -i (m): Boduognat.

Darreres gestes d'Amílcar abans de morir. (Nepos, *Vitae XXII*, 4)

At Hamilcar posteaquam mare transiit in Hispaniamque uenit, magnas res secunda gessit fortuna; maximas bellicosissimasque gentes subegit; equis, armis, uiris, pecunia totam locupletauit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno, postquam in Hispaniam uenerat, in proelio pugnans aduersus Vettones¹ occisus est.

1. Vettones, -um (m): els vetons (poble cèltic d'Hispania).

Els trèvers tenen la intenció d'atacar Labiè. (Cèsar, *De Bello Gallico*, VI, 7)

Dum haec a Caesare geruntur, Treueri¹, magnis coactis peditatus equitatusque copiis, Labienum² cum una legione, quae in eorum finibus hiemauerat, adoriri parabant, iamque ab eo non longius bidui uia aberant, cum duas uenisse legiones missu Caesaris cognoscunt.

1. Treueri, -orum: trèvers (tribu gal·la).

2. Labienus, -i (m): Labiè (lloctinent de Cèsar).